



Universitätsbibliothek Paderborn

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi
Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum
Tractatum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicationem Pagina
Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Fasciculus Exercitiorum Et
Considerationum, De Præcipuis Veritatibus Christianæ Fidei Et Sapientiæ -
Ad efformationem Christianæ vitæ, consecutionem salutis æternæ
collectus: & usui accommodatus

Druzbicki, Kaspar

Ingolstadii, 1732

VD18 90066332

Pars XI. Erga Sanctos Angelos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45396

EXERCITIORUM

PARS IX.

Erga Sanctos Angelos.

EXERCITIUM I.

De Naturâ, Gratiâ, Gloriâ, Studiis, Operi-
busque SS. Angelorum.

1. **S**tatue te coram Sanctis Angelis, eorumque Ordinibus universis, quos novem Sacra Scriptura memorat, & Ecclesia Christiana Catholica veneratur. Sunt autem, Angeli, Archangeli, Virtutes, Principatûs, Potestates, Dominationes, Throni, Cherubini, Seraphini.

2. Expende eorum Naturam, Gratiam, Gloriam, Opera, & occupationes, seu ministeria, numerum denique.

3. Natura SS. Angelorum omnium est, esse Creaturas omnis Materiæ, materialisque concretionis, compositionis, ac ideo etiam corruptionis expertes. Sunt naturâ suæ conditionis, puri Spiritûs, puræq; Substantiæ, ac Mentis, Intelligentiæque, seu intellectuales, & intelligentes, omnia, per suam ipsorum substantiam, aut etiam per concreatas inditasque sibi ab authore naturæ rerum cognoscibilem species, juxta cujus-

V. P. Druz. Op. V.

Y

que

Druz.
Sicki
r: abca
II
V
7

que ordinis in natura gradum perfectiorem, & ipsas quoque perfectiores, atque ideo pauciores, & simplices. Sunt naturæ repletæ Sapientia, Scientia, Prudentia, Justitia, ac rectitudine, Potentia, & fortitudine, subtilitate, ac pernicitate velocissimæ, quibus materiale nihil obfistat; uno verbo, omni naturali perfectione ornatumque præcellentes.

4. Gratia, seu Sanctitas Angelorum est naturali cujusque perfectioni ad mensa: esto supernaturalis sit, & infusa, concreata tamen: in qua etsi ab initio confirmati non fuerant; ubi primùm tamen pro honore, & obedientia Dei, contra Luciferum stetere, & fidelitatem, subjectionemque suam Deo debitam probavere, mox in Gratia & sanctitate, amicitiaque divina æternùm confirmati, ac beatifica Gloria, fruitioneque Dei intuitiva potiti sunt. Est ergo Gratia Angelorum; Sanctitatis, & Justitiæ, & Amicitia Dei supernaturalis plenitudine, perfectio, & adæquato naturæ suæ modo, donatos, ornatos, repletos, atque in hoc confirmatos esse. Itaque Angeli Sancti, pro suo quisque gradu, excellent cognitione Dei supernaturali, excellent notitia omnis suæ erga Deum obligationis: excellent submissione, humilitate, reverentia, obedientia, exaltatione, laude, devotione erga Deum; excellent studio, & affectu, & conatu, effectuque, maximæ, viscerosissimæ, incessabilis, infatigabilis, infatigabilisque exaltationis, & glorificationis Dei, & jubilationis, admirationisque, super omni, omnem eorum captum superexcedente Majestate, Dignitate, Perfectione Dei. Super omnia verò excellent, amore, dilectione, admiratione;

G:
ope
TO
N
S

matione; superlacione, charitate, charitatisque consummatione erga Deum.

5. Gloria Angelorum Sanctorum est: esse primogenitos Beatitudinis consummata, primas vitæ aternæ: Primos adoptionis Dei Filios, primosque domesticos, ac Cives Dei, & civitatis cælestis, primos fructus beatæ aternitatis, possessionis, fruitionis, visionis, hereditationisque divinæ. Illi sunt Astra prima, seu Matutina Deum laudantia: & jubilantes coram eo filii: insipientes cessationem, ac silentium glorificationis, atque laudis, sed resonantes, repetentesque semper. Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus noster.

6. Ministeria, exercitia, operationesque SS. Angelorum sunt Beatos esse Deo, hoc est: 1. Deum beatificè & intuitivè revelata facie ad faciem videre, eodemque beatificè frui, gaudere, glorificari, eundemque glorificare, ac possidere, laudare, ac supersuperque exaltare. 2. Deum hominem Christum Jesum scire, exaltare, amare, venerari, & de eo exultare, illi ministrare, eum adorare, ejus gloriæ cooperari, ac merita in fructum hominum deducere, fidem, legem, virtutes, Sacramenta, potissimum Eucharistiæ, Ecclesiamque illius protegere, ac propagare. 3. Preciosissimam Verbi Incarnati, seu Dei Hominis, Matrem Virginem, colere, magnificare, exaltare, eidemque obsequi, & congaudere. 4. Omnes qui ex hominibus sunt electi, & specialiter qui jam beati sunt, fraternè, & tenerrimè amare, eos ad salutem deducere, media providere, & offerre, impedimenta verò subducere, aut in eis cadant confirmare, conservareque.

Drux
Sicki
r: 1841
II
V
7

5. Omnes homines per hanc mortalem vitam custodire, in omnibus viis eorum, salutis eorum bonum ex Dei nutu procurare, & promovere, potestates dæmoniacas refrenare. 6. De Gloria ac Beatitudine, tam suâ, quàm hominum exultare, congratulari, Deumque exaltare, & gratias agere. 7. Partibus universi tam supernis, quàm inferioribus, Regnis item, populis, & Regibus, Urbibus, aliisque locis, ac ministeriis in bonum universi totius, ac specialiter, hominum, speculissime electorum, gubernandis invigilare, & præesse. 8. Animas purgatorii revisere, solacia earum auxilia sedulo procurare, deferre, tandem purgatas eximere pænis, cælo inferre Deo, Christoque præsentare, ac suis quamvis Beatitudinis sedibus reddere. 9. Agonizantibus hîc hominibus adesse, & migrantibus Corpore coram Deo iudice assistere: acculationumque dæmonum rabiem coercere. 10. Diabolicas vires, nequitias, tentationes compescere atque contundere.

7. Numerus Angelorum innumerabilis, soli Deo cognitus est: omnium materialium sublunarium numerum excedens, atque vincens. Teste Domino nostro Jesu Christo, numerus Angelorum ad numerum Hominum est, sicut spiritus ad unum: In numero Angelorum illud est mirabile valde, & numero rerum materialium contrarium: In rebus enim materialibus sublunariis, quò sunt res perfectiores naturâ, eò sunt fermè rariores & pauciores: quò autem viliores, eò magis multiplicatæ: at in Angelis creditur oppositum esse: quo inferiores sunt eo pauciores numero: qui tamen sunt Angeli superiores.

G:
ope
TO
N
S

res, eò sunt numero plures. Itaque Seraphinorum multitudo major est quam Cherubinorum, imò fortè quàm reliquorum omnium ordinum Angelicorum. Decebat nimirum Dei potentiam, pari passu cum Bonitate & Perfectione in Angelis sanctis procedere: & hos numero plures condere, quos perfectiores, & ad perfectiora majestatis suæ obsequia liberalissime condidisset. Nullum verò est Angelicorum Spirituum munus sublimius, quam esse substantias in Amorem DEI creatas: quod proprium est Seraphinorum, unde etiam nomen sortiuntur.

8. Gratulare Sanctis Angelis, bona Naturæ, Gratiæ, Gloriæ, gratulare Ministeria, & opera eorum: ad communionem eorum adspira: Officia, & studia etiam, tibi pro posse appropriata; maximeque familiaria & assidua tibi facere contende; usque dum eis etiam loco conjunctus eorum numerum adaugeas in Beatitudine.

P R A X I S.

Pater Spirituum, & conditor Angelorum Deus.
 Tu initio Creaturæ, Spiritus incorporeos, immortales, omnibusque Naturæ intellectualis dotibus, ac bonis præditos condidisti: eosdem simul, juxta naturæ cujusque perfectionem, etiam Sanctificantis, Gratiæ, Virtutumque congruarum, ornamentis coram te sublimasti: ac posteaquam eos Tibi fideles in Obedientiâ & Honore amoreque tuo cognovisses, ad Beatificam tui Visionem, fruitionem, possessionemque, eosdem evexisti. Te nos homuli viles, pro hac tuæ bonitatis in Sanctos adeo munificâ profusione glorificamus, exaltamus, atque gratiarum actione omnimodâ prosequimur: simul verò omnibus hisce San-

Drux
 Sicuti
 r: asat
 II
 V
 7

Etis Angelis tuis, beatissimam omni ex parte conditionem gratulamur, & adgaudemus: per eorundem piissimam apud Te pro nobis intercessionem, fideliter abs te postulantes, ut nos servulos tuos, primam quidem in hac mortali, miserâ vitâ, deinde vero in illâ beatissimi Regni tui gloria, Angelis tuis sociare, adæquare, eorum nos officiis, & studiis, & ministeriis, tum juvari tum exerceri incessabiliter, infatigabiliter, & amplius, ampliusque semper inhaerere concedas, jubeas, & facias. Da nobis Domine, & hic per fidem, & Sapientiam cognoscere: In caetera autem tui beatifica Visione perfrui. Da nobis Deum Hominem, Jesum Christum, Filium tuum, Dominum nostrum agnoscere, credere, predicare, exaltare, de eo exultare, ejus gloriae quam efficacissime cooperari, ac deservire. Da nobis Pretiosissimam Dei Matrem Virginem incessabili pietate & devotione Magnificare, &c.

EXERCITIUM II.

De Sanctis Angelis, Archangelis, Virtutibus.

1. **S**Tatue te coram omnibus & singulis Angelicorum Spirituum Ordinibus: qui cum sint veluti quaedam imagines Dei vivâque, & præstantia Exemplaria, altissimas Dei perfectiones repræsentantia, ex eorum cognitione, atque consideratione, ad ipsorum etiam cultum ac venerationem te excita.

2. Præsertim; quia fratres nostri, & quidem Natu, seu Creatione majores, atque priores nobis sunt, omnes quoque (dicente Apostolo) administratorii spiritûs, missi in Ministerium pro-

G:
ope
TO
N
S

propte
unde &
diant n
inferi
3.

num A
perfect
Deum

AN

gines, p

ac beni

suas, m

fat, sust

se detin

atque p

cefcit.

Qu

intueri

vitatis,

fic dica

sunt S

tanta e

libet n

ritur) P

cedit, e

tatem,

guli, al

aliquot

nitum a

Dif

tuos, r

Angelo

geli tu

proxim

pro-

propter eos, qui hereditatem capiunt salutis: unde & Mandatum habent de nobis, ut custodiant nos in omnibus viis nostris. De quâ re inferius considerabitur.

3. Nunc unius Hierarchiæ, seu trium Ordinum Angelicorum expende proprietates atque perfectiones, per quas Deus in eis elucet: & ipsi Deum effigurant.

ANGELI: sunt ideæ & Exemplaria ac Imagines, piissimæ illius quæ in Deo est benignitatis, ac benignissimæ pietatis: quia Deus Creaturas suas, maximè rationales, fovet, protegit, defendit, sustentat, condescendit, ad se pellicit, apud se detinet, libenter, & amabilissimè, ut in justis, atque peccatoribus hominibus præcipuè dilucescit.

Quod si pios, mites, benignosque homines intueri, suavissimum est: quid tandem est suavitatis, spectare, & convivere tot ipsius Dei (ut sic dicam) Pietatibus, Benignitatibusque, quot sunt Spiritûs in Ordine Angelorum? Et; si tanta est in uno Angelo (quantam quidem quilibet nostrorum in suo Angelo Custode experitur) Pietas, quæ fidem, & captum hominis excedit, quanta est tandem in Deo ipso, cujus Pietatem, Benignitatemque, Angeli omnes & singuli, aliter, aliterque repræsentant: vix tamen aliquotam ejus partem repræsentant: sed infinitum adhuc superest repræsentandum.

Disce & tu, per Animam tuam, moresque tuos, repræsentare Pietatem Dei: imitando in eâ Angelos: assumendo tibi pro ideâ pietatem Angeli tui custodis in te: Postquam tuâ in alios proximos tuos benignitate, (erga inferiores,

DRUX
SICKI
r: 1301
II
V
7

æquales, superiores) Angeli benignitatem expresseris; tunc atomum divinæ benignitatis pietatisque fueris assecutus.

O Deus, qui Angelos Sanctos condidisti, & eos supereffluentia Pietatis, Benignitatisque tuæ adimplesti, benedicant Te omnes Angeli tui, & benedicta sit Pietas tua in æternum.

ARCHANGELI: sunt Imagines augustissimæ majestatis, authoritatis, gravitatisque Divinæ: quâ Deus omnia cum authoritate, & plenè potestatem plenissimam habens, operatur. Sunt Archangeli quasi major quidam Dei Senatus: altioresque & intimiores Secretarii, ad graviora negotia deputari soliti.

Quodsi augustum quiddam eminet in uno gravi Senatore, vel in uno Senatorio confessor: quid putamus elucere majestatis, in illo Archangelico Senatu, quorum quilibet repræsentat majestatem, authoritatem Dei gravissimam, gravissimè, atque augustissimè?

Ac si tanta est in uno Archangelo Majestas, quanta putas est in omnibus? quanta porro in ipso Deo, cujus Majestatis vix aliquotam partem omnes Archangeli repræsentant?

Apprehende prout condignissimè potes, Dei admirandam majestatem: ut eam ubique reverearis, in omni opere tuo, quàm profundissimè: sed maximè quando assistis Deo in Oratione, aut Missæ Sacrificio: aut quando cum his qui vicem Dei gerunt tractas.

O DEUS, coram quo Sancti Archangeli adsistant, cum ineffabili reverentiâ semper: benedictus sis in eis: & benedicant te omnes illi, & benedicta

G:
ope
TO
N
S

nedic
tasque
V
citatis
lium,
que,
fed et
dum e
cescit
ac sup
nobis
volun
tant I
Q
vina,
quan
vider
racul
Divin
sa, m
que
ratri
C
que
hujus
trans
Oce
Deo
expa
nec
spen
tepo
men

nedicta sit universa majestas, gravitas, auctoritasque tua in æternum.

VIRTUTES: sunt imagines Virtutis efficacitatisque, nec non excessivitatis Dei, mirabilium, & extraordinariorum operum, effectuumque, operatricis: omnem non solum naturalis, sed etiam supernaturalis communis ordinis modum excedere, ac immutare prævalentis. Elucescit enim in Virtutibus, vis illa Dei eminens, ac supereminens, quâ potest Deus omnia, quæ nobis miracula sunt, efficere facillimè, & solo voluntatis suæ nutu. Itaque Virtutes repræsentant Dei virtutem miraculorum opificem.

Quod si miracula miramur non tantum Divina, sed etiam humana, naturæ scilicet, vel artis; quantus est stupor, tot illos Artifices Divinos videre, tot Divinæ artificiositatis, & quidem miraculosæ imagines, & specula intueri, ad hoc à Divinâ Sapientiâ, & Virtute condita, ut ingeniosa, mira, stupenda, supernaturalia, miraculosaque opera, & efficiant, & divinam horum operatricem vim, virtutemque repræsentent?

Quis enarrabit ingenia illa, Artes, operaque Virtutum istarum? ac si tanta est in unico hujus ordinis Spiritu vis, ad opera stupenda patrandâ; sit tanta in omnibus; quanta est in ipso Oceano, fontalique, & abyssali mari Virtutum Deo; Consuesce, considerare opera Dei, & expavescere, & Virtuti Divinæ non detrahere, nec diffidere: consuesce potius in spem contra spem fidere, & heroica opera, cum minimè per te potes, per Deum aggredi, deque Deo præsumendo dicere: *In Deo faciemus Virtutem*: ete-

Y 5

num

Drux
Sicki
r: asat
m II
V
y

Pf. 99. 14. nim omnia possum in eo, qui me confortat: & ipse
 Philip. 4. 13. ad nihilum rediget inimicos nostros.
 Pf. 107. 14.

O Spiritus potentes Virtute, ad faciendum
 Dei verbum, benedicite Deum, quia ille Domi-
 nus Virtutum est. Et Tu Domine Virtutum,
 sis benedictus in Virtutibus tuis in æternum.

EXERCITIUM III.

De SS. Principatibus, Potestatibus, Domi-
 nationibus.

I. **S**Tatue te coram secundâ Sanctorum An-
 gelorum Hierarchiâ, quâ continentur
 Principatus, Potestates, ac Dominationes: in
 eisque dispice, quæ, & quantæ Dei perfectiones
 repræsententur.

PRINCIPATUS: sunt Imagines originatio-
 nis Divinæ: quâ Deus est Principium, omnis
 Entitatis, rerumque omnium origo: consequen-
 ter est omnium rerum Primus, & Princeps. Igi-
 tur Sancti Principatus seipsis repræsentant hanc
 Dei perfectionem.

Quodsi unius aut alterius rei miramur prin-
 cipia; scrutamurque avidissimè causas primas;
 quàm erit admirabile, tot Principatus, tot Prin-
 cipes, tot principationes videre: è quibus sin-
 gulis, omnibusque, ille Dei principatus, unus
 quidem, ac idem, sed alio, atque alio modo re-
 præsentatur, ita ut omnium sit natura, & cona-
 tus, ostendere seipso, Deum esse Principium, &
 Principem rerum omnium: Alpha & Omega:
 idque alio, & alio quodam ostendendi modo.
 Quæ res est omnino admirationis ineffabilis:
 sicuti etiam illa ratio, quâ Deus est omnium re-
 rum

G:
 ope
 TO
 N
 S

rum
 laten
 cipat
 S
 nosse
 mine
 pient
 tum
 piano
 rebu
 & pr
 cum
 I
 hum
 tutes
 te Ad
 illi à
 nom
 & da
 ille u
 alius
 Princ
 nato
 subji
 etian
 Volu
 debe
 Crea
 Deo
 bene
 fac n
 redin
 nera

rum Principium, est omnino inexhausta, & nullatenus explicanda: nullatenus à tot licet Principatibus plenè repræsenteda.

Si unum aliquod rei cuiuspiam Principium nosse, tam magnum, & ambitiosum est apud homines, etiam sapientes; ut hæc cognitio ad Sapientiam potissimum pertinere putetur: quantum erit tot Principia, tot Principatûs, tot Principandi rationes, quibus unus, idemque Deus, dat rebus omnibus esse, & vires, & indolem omnem, & principium omnium est, videre, penetrare, cum eisdemque versari?

Disce in Vitâ tuâ, & in actionibus tuis, non humi repere, sed per Principia, primasque Virtutes gubernari, in iis conquiescere, & assuefac te Adatorio, & Latreuticò cultui Dei tui, qui illi à te, & ab omni Creaturâ, hoc uno maxime nomine debetur, quia est Principium omnium, & dat omnibus Esse, & Vitam: & dat ille solus, ille unus, dat continuè, & constanter, & nemo alius, & non impropert: ideoque est Summus Princeps, absolutus Dominus, supremus Dominator: & illi debet flecti omne genu, illi debet subijci omnis Creatura, in omnibus. & semper: etiam si, & omnia, & Vitam, & Esse totum, ejus Voluntati, Gloriæ, amori; subjectioni impendi debeat. Hic enim est unus, & summus honor Creaturæ, impendi cum toto suo Esse, Creatori Deo, ejusque Voluntati, & Cultui, atque Honori.

O Princeps Principatuum Domine Deus: sis benedictus in Principatibus tuis in æternum: & fac nos ad Te originem, Principiumque nostrum, redire: & in Te manere immobiliter, teque venerari, & adorare, infatigabiliter, ac incessabiliter,

DRUX
SICKI
r: 1300
m II
V
7

liter, toto nostro, quantum quantum sumus; (totum enim à te, & ex Te sumus,) esse in aeternum.

POTESTATES: sunt Imagines omnipotentiae Dei ad omnia, non solum facta, aut futura, sed etiam possibilia sese extendentis. Potestates ergo Sanctae, suo Esse repraesentant Deum omnia posse, non tantum quae facta, aut futura sunt, sed etiam quae nunquam fient, possibilia tamen sunt.

Si tam jucundum est spectare factas res naturales, & materiales, in eo numero, pondere, varietate, nexu, ordine, mensurâ, propagatione, operatione; quae utique sunt veluti faeces, & sedimenta creaturarum nobiliorum, faeculentiaque, & sentina magni hujus Dolii, id est Mundi; quae in hoc ejus fundo subsedit; in centro nimirum Terrae; suntque minima portio rerum possibilem; Quid erit spectare vivas, defaecatas, purissimasque Potestates, seu Imagines Potentiae Dei, etiam ad Possibilia terminatae; seu (si eas condere placeret) terminatae; & in eis etiam quodammodo spectare ipsas res posibles, earumque varietatem, & opulentiam infinitam? Infinitos nimirum Mundos, sive huic nostro similes, sive etiam planè ab hoc diversos & dissimiles: Infinitos Caelos, Soles, Stellae, infinita numero Maria, infinitas terras, & terrae opes: & incolas sive rationales, sive rationis egenas. Quae omnia condere, tam est, imò magis est in potestate Dei, quàm est nobis de earum possibilitate cogitare.

Quodsi Divina Potestas, in hisce Spiritibus tanta elucet; quanta ergo erit illa in semetipsa: cujus unicum vix granum, repraesentant omnes
hujus

G:
ope
TO
N
5

hujus
finita
S
Dei
quae
ad D
Deo
manu
inept
magi
vina,
per t
si tua
tia, n
C
fis be
tibus
I
Don
frag
quo
Imò
esser
con
Don
mar
ergo
roi
dan
cer
mir
tot
ner

hujus Ordinis Spiritûs, sed adhuc supersunt infinitæ omnipotentiaë abyssî irrepræsentatæ.

Stude tu quoque, Potentiam Potestatemque Dei repræsentare: & quidem tuâ infirmitate: quæ quantò est major in te, tantò aptior est ad Dei potentiam ostendendam: modò illam Deo subjicias quàm plenissimâ resignatione, in manus Potentiæ ejus. Nam quantò tu infirmus, ineptus, despicibilis, erroneus, cæcus, malus, magis es; tantò plus campi habet Potestas Divina, ad sese in te, & per te, ostentandam, si quid per te efficere dignata fuerit: dignabitur autem; si tua superbia, diffidentia, infidelitas, negligentia, non impedierit.

O DEUS, qui Potestatum habes Potestatem: sis benedictus in Potestatibus tuis, & in infirmitatibus nostris in æternùm.

DOMINATIONES: sunt Imagines absoluti Domini Dei, eminentis, alti, independentis, irrefragabilis, ac irresistibilis, seu cui nemo resistere, quodque nemo exuere, aut excutere potest: Imò, quo est omnium Dominus naturaliter, & essentialiter. Itaque Deus, tanquam Dominus condidit sibi Dominationes: quæ Deum esse Dominatorem, absolutumque Dominum clamant, non voce, sed entitate, ac esse: clamant ergo, tot diversis modis, quot ipsi Spiritûs numero in hoc ordine sunt.

Quod si unius Domini, hujus Mundi, formidanda est Dominatio; quis stupor, & quàm facer est ille horror, augustaque majestas, tot Dominos, imò tot Dominationes videre: spectare tot modis unam eandemque Dei Dominationem, per singulos, aliter tamen à singulis, repræsen-

DRUX
SICKI
r: 1301
II
V
7

sentatam? Dominationem verò non unius terræ anguli, non ita limitatam, ut hîc videmus, sed totius rerum, etiam possibilium, universitatis, eamque absolutam, illimitatam, omnimodam.

Et quamvis in horum Spirituum singulis tantopere elucet Dominium Dei, in omnibus tamen vix minutissima portio ejus, prout in se est elucet: sed infinitum adhuc superest, ad quod Spiritus illi demonstrandum non pertingunt, neque pertingerent unquam, licet infinities plures, pluresque ad eam demonstrandam conderentur. Et audent tamen (prò audaciam!) despiciatissimi vermiculi, Dæmones atque Homines, in Deum omnis Domini Dominum, usque adeo impotenter, & impudenter irruere!

Potes & tu Dominationis Divinæ esse Imago: si nulli rei creatæ, metu, vel spe, vel amore, subfis: si tu tibi dominaris. Deo autem subjiciaris: si omnia tua sint: & tu in nullius, præterquam Dei, & propter Deum, redigaris potestatem: si omnia cooperentur tibi in bonum: hoc est, in glorificationem, & subjectionem Dei: Si Deus tibi sit solus, & omnia: omnia autem in omnibus: & in ipso Deo nihil timeas, nisi hoc, ne illum minus, quàm par est, vel timeas, vel diligas. Tunc verè similis Dominationibus, imò & unus ex Dominationibus eris.

O Dominationum Rex, & Dominator Deus, sis benedictus in tuis, & à tuis Dominationibus in æternum.

EXER.

EXERCITIUM IV.

De SS. Thronis, Cherubinis, Seraphinis.

1. **S**Tatue te coram tertiâ Sanctorum Angelorum Hierarchiâ, continente in se Thronos, Cherubinos, Seraphinos: in eis que dispice, quæ, quales, & quantæ Divinæ perfectiones elucescant?

THRONI: sunt Imagines Justitiæ, æquitatisque Dei: quam ob rem illi Spiritus Throni appellantur: quod repræsentent suâ Entitate, & Naturâ, Judicia, Decretaque Dei, esse rectissima, esse æquissima, esse inevitabilia, esse immutabilia. Ita ut illos spiritûs videre; sit videre Justitiam Dei, unam quidem, ac eandem in se, sed tamen diversimode, in tot exemplaribus repræsentatam, quot sunt in hoc Ordine Spiritus.

Si ergo Homines aspectu Judicis, Judicium, Judicii que concutiuntur, & cohorrescunt, dum pro Tribunali jus dicentes, decretaque ferentes, homines alioqui sibi similes intuentur; quid quæso est, videre illos tot Judices, tot vivos Thronos Dei judicantis, tot repræsentatores inscrutabilium, terribilium, æquissimorum judiciorum Dei? Quid est videre Deum, in tot speculis, tam diversis, tam mirè potestatem suam judicariam demonstrantem, & in magnitudine, ac specie æquitatis suæ, super Thronos residentem?

Quod si in uno horum Spirituum tanta se prodit rectitudo, & inscrutabilitas Justitiæ Dei: quanta in omnibus? quanta demùm in ipso Deo, cujus Essentia Justitia est?

Atten-

DRUX
SICKI
r: abca
m II
V
7

Attende ad hanc Justitiam Dei, & ad tot imagines ejus: concurrere saluberrimo timore altissimorum, occultissimorum, & tamen justissimorum Dei judiciorum super te, & super omnem Creaturam, præsertim rationalem: indue quoque Justitiam Dei, & ejus rectitudinem, & eam in tuis moribus, negotiis, officiis, sententiis, sermonibus, exerce: ut justitiâ quoque tua, per modum cujusdam Throni, repræsentet æquitatem Justitiæ Dei: libertatem etiam, & inflexibilitatem, ab affectu, & respectu, à timore, à spe, ab amore, ab odio, sed sit Justitia tua sicut Throni, sicut Montes Dei.

ODEUS, omnis justitiæ æquitatis Rex: judicans justitias: sis benedictus in Thronis justitiæ tuæ, in æternum.

CHERUBINI: sunt Imagines Sapientiæ Dei, repræsentantes seipsis, Divinæ cognitionis, ac scientiæ omnimodam plenitudinem, omnium Veritatum comprehensionem, omnium abditorum, occultorumvé perscrutationem, intimantque cognoscibilem omnium, in omnes partes intelligentiam & penetrationem: quam habet DEUS consummatissimè de rebus omnibus existentibus, in quavis differentiâ temporis: & de possibilibus omnibus in quavis conditione & suppositione.

Itaque Cherubini, sunt quasi intellectus divini: quibus Deus non tantum multa novit, aut docet, aut sapit, sed etiam se omnia comprehensivè intelligere manifestat. Etsi enim Cherubini suo intellectu, nec Deum, nec scientiam ejus comprehendunt, aut exhauriunt: hoc tamen ostendunt Naturâ suâ, quod talis sit Deus, qui omnia

G:
ope
TO
N
S

omnia
prehen
omnen
oculis
Si er
fus, si
ris hom
ctation
res Div
Doctri
mam su
tiale mo
stantiar
lesti illa
entia g
pronun
Ac si
omnisc
elucet
omnib
quid re
Essentia
O q
non hi
creabil
ris, qua
Sapien
adaqua
omnes
quasi Sa
libet co
pientia
sapien
& sing
V.P.

omnia novit, & plenissimè intueatur, & comprehendat, cognitioneque cognoscibilitatem omnem exhauriat, & omnia nuda, aperta que oculis suis habeat.

Si ergo Sapientissimorum Doctorum confessus, si unus etiam homo Doctus, tantam cæteris hominibus ciet admirationem, laudem, delectationem: quid tandem est videre illos Doctores Divinos, imò plenitudines illas Scientiæ, & Doctrinæ Dei, quas ipsa Dei Sapientia ad Normam sui condidit, suas Imagines fecit, substantialemque intellectum, & intellectualem substantiam impressit, DEO doctos fecit, & in cælesti illa Academiâ, ac omnes, & summos Sapientiæ gradûs promovit, Sapientes, Doctoresque pronuntiavit, imò creavit?

Ac si in uno Cherubino tantum Sapientiæ & omniscientiæ Divinæ elucet, & quid tandem elucet, aut potius residet, ejusdem Sapientiæ in omnibus Cherubinis? ac denique quid elucet, quid residet, quid inest, in ipsomet Deo, cujus Essentia, & Esse, est Sapientiam ipsam esse?

O quanta illa Sapientiendi infinitudo! ad quam, non hi solum, qui jam creati sunt, sed neque qui creabiles sunt Cherubini, cum omnibus Creaturis, quæ & ipsæ suis modulis repræsentativæ sunt Sapientiæ Dei, ullâ ex parte, repræsentatione adæquandam; sufficere possunt. Et si enim omnes & singuli Cherubini ita Sapientes sint, ut quasi Sapientiæ Dei dici possint: quia tamen, quilibet eorum aliter, atque aliter diversimode Sapientiam unicam Dei efformat; per hoc, non se Sapientias, sed guttas Sapientiæ Dei esse omnes & singuli testantur.

V.P. Druzb. Op. V.

Z

Nemo

DRUZB.
Sicut
r. asat
m II
V
7

Nemo Sapiens, nisi qui se nihil esse omnino, & sui & multò magis Dei respectu esse, plenissime sciverit, ac prædicaverit. Hanc si de te scientiam sciveris, & Sapientiam sapueris, Cherubimorum Sapientiam non desiderabis. Hæc est enim consummata Sapientia, nosse nihilum suum, nosse Dei Totum.

O DEUS qui sedes super Cherubim: & solus lux eorum es, illosque te Sapientes facis; Benedictus sis in eis, & ab eis, in æternum.

SERAPHINI: sunt Imagines Charitatis DEI: repræsentant enim, quantum Creaturæ fas est, quomodo seipsum Deus, & omnia alia in se, ac propter se, ac ipso se amet. Itaque Seraphini sunt Amores Dei creati: tot modis Deum ignitissime amantes, ardentesque, quod ipsi sunt. Substantia enim eorum Amor est Dei: eo quidem sensu, quo Bernardus 5. de Consideratione, non dubitavit dicere: Seraphini non habent unde ament, sed sunt in quo amant Deum, sic enim conditi sunt ut sint amans substantia, & Amor substantialis.

Jam ergo, si hominum Deum amantium conspectu, convictu, consortio, amicitiaque satari non possumus, & si nos beatos, visis illis, vel auditis, vel semel in vitâ, putamus: quis explicet, aut excogitet, qualis sit sensus, spectare, immisceri, adlociari, exequari Spiritibus illis qui aliud sunt nihil, quam Amatores, imò, Amores Dei? quorum esse, vivere, intelligere, velle, agere, moveri, pati, mutari, & quidlibet operari, est Deum amare? qui toti sunt ignes, toti flammæ, toti clibani, toti carbones, toti incensaria, igne illo Dei, igne illo qui est Deus, igne illo

G:
ope
TO
N
5

illo Charitatis Dei, ardentia, æstuantia, redun-
dantia?

Atque si unus Seraphim tanto Deum amat in-
cendio, vel potius, tantum est Amoris Divini
incendium, ut omnes creatos ignes in unum
conglobatos, mole, gradu, spherâque superet:
quantum incendium Amoris erunt omnes Sera-
phini simul? & quantum erit incendium suæ
Charitatis Deus ipse? erit nempe Deus, & est
quoniam Deus Caritas est.

Morare, habita, aut saltem versare frequenter
in hâc Scholâ Seraphinorum amantium Deum,
vel potius Amorum Dei: & ignesce totus quan-
tus es ab incendiis istis, fiasque Carbo ignitus,
igneus, ignis totus. Ah! quàm frigidum te esse
oportet, qui à tot, tantisque ignibus, flammam
altumque non concipis? Supplica Dei Volun-
tati, sive Charitati, ut quemadmodum sibi con-
didit Seraphinos, hoc est, Charitates ac Amores,
quibus se ex mente suâ, ad suam satietatem in
Creaturis amet, ac deamet, & supersuperque
amet; Sic te quoque talem faciat, ut se per Te,
ad suam satietatem, & ex voluntate suâ, & ad
gustûs sui exsatisfactionem amet, deamet, super-
superque amet: sis illi Seraphinus in terrâ, sicut
Seraphini sunt illi in cælo. Non est tua minor,
quam illorum ad istud opus officiumque obliga-
tio: cur ergo non sit tanta, quanta & illorum
erga Deum Dilectio?

O DEUS, Charitatis æternæ ignis, qui sem-
per ardes, & nunquam extingueris, semper fer-
ves & nunquam tepescis: cui frigidi sunt ipsi
Seraphini, ad amandum Te, dignè Te: accende
& me, ut amem Te totus, & ardeam te totus.

DRUX
SICKI
r: asat
m II
V
7

Sisque Benedictus in Seraphinis, & à me inter Seraphinos, in æternum.

EXERCITIUM V.

De Sanctis Angelis Custodibus nostris.

1. **S**Tatue te coram Angelis Custodibus tuis quorum aliqui, (unus minimum) personaliter tibi uni, per Bonitatem Dei, deputati sunt: aliqui autem per quandam communicationem, redundantiamque operæ suæ, tibi quæque invigilant: suæque operæ & Charitate tibi profunt, vel ratione officii tui, aut loci, habitaculi, aut cætus, & congregationis, communicationisque tuæ, curam tuingerunt.

2. Expende curam illorum circa te, tam universalem, tam particularem, tam assiduam, tam constantem, tam patientem, tam infatigabilem, tam fidelem, tam humilem, tam minutam, tam charitativam. Nulli parentes, nulli nutritores aut nutrices, nulli pædagogi aut magistri, nulli amici & familiares, nulli famuli, subditi, servi & mancipia, nulla etiam jumenta, tam diligenter, tam demissè, tam exactè, tam benevolè, tam perenniter, tam vigilanter, tam plene, cum molestiarum, morositatum, protervitatum, pertulantiarum, discoloritatum, contemptuum, neglectuum, ingratitude, malitiarumque devoratione serviverunt, ulli ex hominibus homines quàm tibi (& omnibus nobis) Angeli custodes serviunt, à puncto ortus tui in mundum, vel deputationis suæ ad custodiam, ministeriumque tuum.

G:
ope
TO
N
S

3. Hon
habent
nem, co
honore
tura dep
in omni
vel com
tura vel
geli non
prætant
sua utilit
honore.
verò m
offensio
omnibu
bus act
nostris,
exosis,
tantati
tate, dil
4. Hu
benefici
li, adver
respon
nis, neg
dilectio
adhæsi
tatem p
tione, m
obtinat
pro sed
5.
nos fug
nos illu

3. Homi

3. Homines, quòd aliis hominibus ministrent, habent causas rei varias. Naturalem affectionem, commodi spem, mercedem, necessitatem, honorem, fortunæ & status conditionem: Naturæ deputatione; ministrant: nec semper, nec in omnibus, neque enim possunt, vel honestè, vel commode. Ministrant iis, quibus sunt naturâ vel similes, vel conditione subjecti: at Angeli non sic. Naturæ enim sunt suprâ nos longè præstantioris, dignioris, perfectiorisque. Nullâ suâ utilitate, aut spe: nullo metu coacti, nullo honore, sæpè nec solatio ex nobis ullo, passim verò multâ nausèâ, gravamine, ingratitude, offensionis materiâ. Serviunt autem nobis in omnibus omnino viis nostris: hoc est, in omnibus actibus, studiis, desideriis, conatibusque nostris, quantumcunque sæpè sibi ingratis, & exosis, quia improbis, & scelestis, & Dei voluntati contrariis. Serviunt cum omni fide, pietate, diligentia, constantia, charitate.

4. Huic tantorum Ministrorum obsequio, ac beneficio tanto, tamque multiplici, & ineffabili, adverte quàm indignè respondeant homines, respondeas & tu? quàm retribuas mala pro bonis, neglectum pro diligentia, contemptum pro dilectione, indigna pro honore, repulsam pro adhæsione, malitiam pro benignitate, improbitatem pro pietate, inobedientiam pro admonitione, morositatem pro suavitate, pertinaciam & obstinationem pro constantia, pro assiduitate, pro sedulitate, pro saluberrimâ custodiâ.

5. Angeli Custodes nos ad Deum trahunt, nos fugimus Deum: illi nos ad bonum invitant, nos illud averfamur: illi nos illuminant, nos spontè

DRUP
SICKI
r. asca
II
V
7

G:
ope
TO
N
S

spontè cæcutimus, & tenebras ignorantie amamus: illi sana consilia inspirant, nos perverse amplectimur: illi arcent à nobis dæmones, nos ultro ad eos accedimus: illi tentationes vel prohibent, vel infringunt, nos eas & advocamus & exasperamus: illi nos pænis deterrent, nos eas voluntarie vadimus: illi cum nostrâ stultitiâ & malitiâ certant veritate, & pietate, nos stultitiam, & malitiam mordicus opponimus, & tenemus: illi nos à vanis, à terrenis, à noxiis, ad æterna, ad cælestia, ad salutaria provocant, & manu ducunt; nos spretis cælestibus æternisque, immergimur terrenis, bestialibus, & ad infernalem perditionem ducentibus. Illi nostra cæca sursum sublevant, nos deorsum ea sponte præcipitamus: nos illi docent, & faciunt calcare basiliscos, leones, & dracones tartareos, at nos draconibus, basiliscisque ac leonibus, ipsique tartaro nos calcandos, conterendos, devorandosque objicimus, & obtrudimus.

6. Adverte, quæ sit hæc indignitas, improbitasque, in Angelos, & in Angelorum Dominum, qui nobis illos destinavit? Adverte, quanta Dei in nos benignitas, & sollicitudo, & amor? Adverte, quid saltem in posterum te facere deceat? quomodo cum Angelis, tuis benefactoribus versari, & agere? Adverte, quam indignum sit, te unum homuncionem, carnem, & brutitate concretum, & spiritu etiam, quamvis rationali, & immortalis, attamen valde miserum, & mancum, cum tot, tamque nobilibus, tamque beneficis, insuperque Deo æternum beatis, & perfectis Spiritibus, adeò abjectè, sordidè, contemptim, ingrâtè, malitiosè, &

& ob
quod
terna
soli tu
nibus
aut tu
jus po
ætern
7.
unum
nobili
tibus,
dibus
diri,
defen
lam si
viam
8.
mone
fuisse
res, a
Angel
viffe a
& bea
9.
tio, &
bus,
tem,
bent:
simile
virtut
ornat
num
viden

& obstinatè agere? Super omnia hæc adverte, quòd Angeli, sicut sunt missi in Ministerium æternæ tuæ salutis: sic in omni suo circa te studio, soli tuæ salutis æternæ, abs te consequendæ, omnibus melioribus modis studeant. Et nunquid aut tu optare, aut Angeli præstare tibi aliquid majus possunt? quam istam æternam salutem, quàm æterni, summi, boni Dei possessionem?

7. Adverte, & intellige, quantus sit dolor, te unum homuncionem miserrimum, à tot, tam nobilibus, præstantibus, sapientibus, potentibus, fidelibus, gloriosisque Angelis, Custodibus, Præsidiisque, non potuisse satis custodiri, servari, erudiri, emolliri, corrigi, flecti, defendi, ac salvari, & reddi Deo; propter solam spontaneam, vel incuriam, vel propter viam tuam.

8. Adverte, quàm indignum sit: malos dæmones, insultare Sanctis Angelis, se nimirum fuisse feliciores, vel sagaciores, vel potentiores, ac vigilantiores, ad te perdendum, quàm Angelos ad te salvandum; plusque te illis obedi-
visse ad perditionem, quàm Angelis ad salutem, & beatitudinem?

9. Adverte, quanta sit consolatio, delectatio, & gloriatio, Angelis tuis sanctis Custodibus, cum te sibi, suisque consiliis obsequentem, monitis facilem, ductui morigerum habent: cum te sibi, & Christo, & Deo per omnia similem, Gratia Gloriæque æternæ idoneum, virtutibus, perfectione, cæterisque Dei donis ornatum, in operibus bonis exercendis strenuum, constantemque, inimicum omni malo, vident, & habent, ac Deo singulis diebus, ho-
ris,

DRUR
BICKI
r: 4301
II
V
7

ris, momentisque exhibent, & coram cæteris Angelis, Beatisque mutuò gloriantur; demumque in cælestibus sedibus, sibi associatos collocatosque, exultant, & congratulantur?

10. Agejam, & statue tecum, quid te oporteat facere? qualem te deceat Angelis tuis Custodibus temetipsum exhibere? &c.

P R A X I S.

O Angeli Sancti Custodes mei: quàm ego omnibus bonis repletus sum per vos? Si me tradidero vobis in mancipium, & servum, non ero minimè ex parte condignus Providentiæ vestræ circa me. Sit benedictus DEUS, sit benedicta Pietas ejus, quam vos representatis in vobis erga me, omnibus diebus vitæ meæ. Ignoscite ingratiitudini meæ præterite, sustinete insipientiam meam, & ad voluntatem vestram deducite voluntatem meam. Vobis o Sancti Angeli implendum est, quod etiam nobis ab æternâ Veritate dictum est: In Patientiâ vestrâ possidebitis Animas vestras: vestræ scilicet curæ à DEO commissas. Ergo custodite me in Patientiâ, ut tandem representetis, restituatisque me Creatori ac Redemptori meo in lætitiâ.

EXERCITIUM VI.

De Sanctis septem Principibus Angelis.

I. **S**Tatue te coram septem Sanctis Angelis Principibus, qui adsunt coram Domino Deo semper, de quibus, non tantum sæpè, sed etiam magnificè loquitur Scriptura Sacra: tanquam de Principibus Spirituum cælestium, atque adeò omnium Creaturarum.

2. Ex

G:

ope

TO

N

S

2. Ex septem his Spirituum Beatorum Principibus, trium tantum nomina expressa & celebria habemus in Canonicâ Scripturâ, scilicet Michaëlis, Gabrielis, Raphaelis: reliquarum quatuor non item: attamen Urielis nomen habetur 4. *Esd.* 4. 1. Sealthielis nomen colligitur ex *Genes.* 16. 9. Jehudielis ex *Exodi* 23. 20. Barachielis ex *Genes.* 18. 10.

3. Michaëlis nomen explicatur, Quis sicut DEUS? Gabrielis, Fortitudo Dei, vel, Fortis Deus. Raphaelis, curatio Dei, medicina Dei, Medicus Deus. Urielis, Lumen, vel Ignis Dei. Sealthielis, Petitio Dei: Jehudielis, Laus, sive, Confessio Dei: Barachielis, Benedictio Dei.

4. Ex his Nominum interpretationibus innotescunt officia & opera horum Spirituum.

Michaelis enim est opus ac officium, Deum exaltare, ejusque Dignitatem, & super omnia excellentiam, profiteri, atque tueri: quod præstitit cum Ecclesiâ Angelicâ semel in cælo, & præstat idipsum assidue usque ad Judicii diem cum Ecclesiâ humanâ, cujus etiam ille est præses, in terrâ.

Gabrielis opus, & munus est, omnipotentissimæ fortitudinis Dei opera nunciare, procurare, promovere, uti fecit Danieli, & Beatissimæ Dei Matri.

Raphaelis est munus, Protectorem, salvatorem, medicumque Deum nunciare, vel exhibere, ut in Tobîâ sene, & juniore, & in Sarâ ejus uxore notum est.

Urielis munus est, mortales cognitione Dei illuminare, & amore incendere.

DRUF
Sicki
r: asat
II
V
7

Sealthielis munus est, orare Deum pro hominibus, iisdem spiritum orationis inspirare, & eosdem ad orandum Deum diligenter, frequenterque excitare.

Iehudielis est munus, ad confitendum Domino, laudesque illi deferendas excitare, & gloriam ejus promovere.

Barachielis proprium opus est, benedictiones, beneficiaque nobis apud Deum procurare: & nos pro beneficiis ad benedicendum Deo, agendasque gratias inducere.

5. Horum eorundem, septem Angelorum, officia septem explicantur in Scripturis. 1. Stare coram Deo semper, & in conspectu throni Dei: *Tob. 12. 16.* 2. Esse oculos Dei discurrentes in universam terram: *Zach. 4. 10. Ap. 5. 6.* 3. Tubas habere, iisque canere: *Apoc. 8. 2.* 4. Habere phialas aureas odorem plenas: *Apoc. 8. 3.* 5. Habere phialas plenas iracundiæ Dei, easque ex nutu Dei effundere in terram: *Apoc. 15. 6. 8. & Apoc. 16. 1.* 6. Gratiam facere, & mittere hominibus: *Apoc. 1. 4.* 7. Esse lampades ardentes ante thronum Dei: *Apoc. 4. 5.* Quibus omnibus designatur officium esse horum Angelorum. 1. Immediatè à Deo ejus voluntatem cognoscere, & eam aliis inferioribus Angelis, rerumque administris nunciare. 2. Potissimum verò Angelos hominum, & rerum humanarum custodes, de consiliis Dei circa homines informare, resque humanas per Angelos nunciatas, ab iisque veluti exceptas, per se oculis Dei præsentare. 3. Ad hos eosdem Spiritûs septem spectat, potissimam Ecclesiæ Christi in terris curam gerere, eamque tueri, propagare, fovere, erudire, con-

G:

ope

To

N

5

confortare, solari. 4. Spectat ad eosdem, perpetuum cum diabolicis spiritibus, omnibus quidem, at maximè, cum septem eorum, seu ordinibus, seu principibus (qui in hoc Mundo, & in Ecclesiâ, præcipuè salutem hominum, & Dei Christique gloriam, & omnem Virtutem, omniaque Spiritûs sancti Dona, omnem Dei Voluntatem, Consilia, & præcepta, omnia salutis auxilia in Sacramentis, & Sacrificio, & Gratiarum auxiliis sita, oppugnant, & evertere fatagunt, per capitalia septem vitia) bellum gerere, omnem nequitiarum istarum vires, artes, tentationes, consilia, retundere, infringere, convellere; Virtutes, cæteraquæ salutis humanæ auxilia in nobis per se, per Angelos, per homines inferre, & promovere, stabilire; atque ita fractis dæmoniorum viribus, nobis ad cælum, & ad salutem viam patefacere. 5. Ad hos etiam septem sanctos Principes spectat, Mundum hunc inferiorem, & nunc principaliter gubernare: & sub Mundi finem, eundem ad iudicium extremum, & ad finem, atque innovationem disponere. Ob quam rem iis tubæ, phialæ, tum odoramentorum, seu orationum, tum plagarum & Iræ Dei plenæ, attribuuntur.

6. Ex his collige 1. Quantâ præstent hi Sancti Spiritus, tum Naturæ in se dignitate: tum coram Deo gratiæ, gloriæque excellentiâ, tum in alias quoque Angelicas, & Humanas, & reliquas materiales creaturas potestate ac prærogativâ? Collige 2. Quanta præstent opera in hoc Universo, quanta beneficia conferant hominibus, potissimum Christi fidelibus, & Ecclesiæ filiis, Deique cultoribus. Collige 3. Quâli & quanto tibi sint honore

DRUR
SICKI
r: asca
m II
V
7

honore colendi: quanta in eorum patrocinio fiducia collocanda, quantâ devotione, & frequentia orationum, & obsequiorum invocandi, & demerendi? Neque enim sine causâ dictum est per Joannem, toti Ecclesiæ: *Gratia vobis, & pax, ab eo qui est, & qui erat, & qui venturus est, & a septem Spiritibus, qui in conspectu throni ejus sunt.* Utiq; his verbis placuit, eorum excellentiam, beneficentiam, protectionem eximiam circa nos explicari: ac per hoc etiam omnes nos ad eorum amorem, cultum, obsequium, invocationem, & fiduciam provocari.

P R A X I S.

Domine, cui adstat omnis Exercitus Angelorum: & cujus throno adsunt Principes septem, qui sunt veluti oculi septem discurrentes in universam terram: trade obsecro universam Ecclesiam tuam, nec non me minimum Ecclesiæ ejusdem filium, in peculiarem curam horum tuorum beatissimorum Principum: qui me, omnesque illos, quos meos in Te esse scis, & vis: omnes item Ecclesiæ tuæ, tuosque filios, ab impugnatione capitalium nequitiarum defendant: ad te verò super omnia exaltandum, ad opera Virtutum heroica facienda coram te, ad medelas animarum periclitantium in hoc periculoso mari, ad illustranda, & inflammanda, cæca, & frigida mortaliū corda, ad supplicandum tibi, nec unquam ab oratione ad te desiciendum, ad confitendum & sacrificandum tibi Hostiam laudis, ad gratias perpetuas, tibi pro tuis innumeris, & inexhaustis beneficiis agendas promoveant: ac tandem dignos tuo conspectu beatissimo efficiant: & ad suam in assistendo tibi Societatem admittant.

EXER-

G:
ope
TO
N
5

EXERCITIUM VII.

De Sancto Michael Archangelo.

1. **S**Tatue te in conspectu Sancti Michaelis, omnium Sanctorum Angelorum Principis.

2. Ejus beatissimi, eminentissimique Spiritus, munera, & in omnem rerum universitatem promerita, itemque excellentias expende & æstima: sunt autem,

1. Post Christum & ejus Matrem; in omnibus Creaturis Dei, major nemo surrexit in donis Gratiæ, quam Michael: qui etiam in Naturæ donis, ipso Christo, & ejus Matre major est.

2. Idem S. Michael, non tantum Angelis, aut Archangelis, sed omnino omnium Angelicarum Hierarchiarum Spiritibus major est; atque maximus & supremus, est in hoc conditus; ut sit supremus Dei, ac in specie, Verbi Incarnati Amator, atque Societatis Seraphicæ Caput, & Fundator post Christum, & B. V. dignitate: ante Christum verò & ejus Matrem tempore.

3. Idem, ad hoc specialiter conditus est à Deo: ut sit Amator & Zelator ignitissimus, ferventissimusque Dei, & Dignitatis ejus. Unde is primus exarsit in defensionem, confessionemque divinæ supereminentiæ: evibrans gladium illum suum contra invasorem, & Apostatam Luciperum, Quis ut DEUS?

4. Idem S. Michael, totius exercitus Angelici est Patriarcha: & principalis post Deum, salutis; & perseverantiæ in bono, & tandem beatitudinis ipsorum Author, prædux, & Ecclesiæ totius, ex SS. Angelis constitutæ, caput.

5. Idem

DRUG
SICK
r: 4300
II
V
7

5. Idem S. Michael, primus est Incarnati Verbi, seu Dei Homini Confessor, ac testis, & Propugnator & Zelator: Primus se Deo Homini (futuro) submitit, & se fore subjectum, Angelosque omnes subjici debere, corde, atque opere, contestatus est.

6. Idem S. Michael, primus electus à Deo est, primusque re ipsâ Luciperi caput contrivit, eumque cum omnibus Apostatis, affectis, ita de cælo exterminavit, ut neque locus illius, illorumque, amplius comparuerit in cælo: sed in omnem æternitatem, præclusit, præstruxitque Lucipero, Luciper, anisque omnibus, regressum ad cælum.

7. Idem S. Michael, est Ecclesiæ Christi præses, Dux, defensor, in præmium utique defensionis honoris Divini, & propugnatae Dignationis Verbi æterni, in Incarnatione subeunda.

8. Idem S. Michael, omnium Sanctorum Angelorum, tam qui individuè hominibus custodiendis adsunt, quàm qui generalitè res hujus Mundi, Cælos, Elementa, Regna, Populos, populorum Principes, Reges, Urbes, rerum species moderantur ex Dei Voluntate, est moderator, & director Generalis, sub uno summo Imperatore DEO: agens id, ut in omnibus, & ab omnibus perficiatur Dei Voluntas: manifesteturque Gloria Domini, & propagetur cultus ejus, juxtà ordinationem Providentiæ æternæ.

9. Idem S. Michael, Signifer est Ecclesiæ Dei, prout ab ipsâmet, honoris causâ, nuncupatur: Sicut enim primus ille, Angelis suis in Cælo, signum pro Dei Honore, contra rebellem ejus invasorem sustulit. ita nunc quoque toti Ecclesiæ Christi

G:

ope

To.

N

5

Christi, omnibusque Electis ex humano genere, contra eundem illorum Draconem diabolum militantibus, Signum præfert, ducatum præstat, robur addit. Quin etiam temporibus Antichristi, venturus est præliari pro populo Dei, juxta prædictionem Danielis. Denique, in die Judicii, cum Dominus noster JESUS CHRISTUS ad judicandum procedet, signum Crucis, seu illius veræ in quâ Christus pendens, callidum aspidem superavit, sive ad instar ejus efformatæ, ad postremum de Lucifero triumphum reportandum, præferet Sanctus Michael: in conspectu omnis Creaturæ statuet: & eodem, Diabolum cum Angelis hominibusque affeclis ejus, in puteum abyssi præcipitabit, ac depeilet: ac tandem eodem Crucis signo prælato; Christum Judicis jam munere defunctum, electosque illius omnes ad possidendum beatitudinis æternæ regnum, in Cælum introducet, ad Gloriam Dei sempiternam.

Apos. 9. 1.

10. Idem Sanctus Michael, omnium fidelium, hinc pie, & in Domino, ejusque Gratiâ, & Charitate decedentium, & seu expiatione illius seculi non indigentium, seu etiam illo igne expiatorum, cæloque, ac Beatitudine dignorum, susceptor est, in cælumque deductor. Et universim;

11. Idem Sanctus Michael, omnium in Domino morientium, agoni extremo, egressuique de corpore, & supremæ cum diabolo luctæ præest. Omnium inquam, vel per seipsum, vel per Angelos alios, suâ Voluntate adhibitos: sed eorum qui peculiari curâ in ejus Cultum, & Honorem, Invocationemque in hâc Vitâ incubuere, per seipsum omnino adest adjutor, confortator, consolator, protector, defensor, ac susceptor.

12. Idem

DRUG.
BICKI
r: ascal
II
V
7

12. Idem Sanctus Michael, quemadmodum ipse est peculiaris & maximè insignis, tum Divinæ Majestatis ac Dignitatis, tum Verbi Incarnati Jesu Christi, ejusque Vitæ, laborum, mortis, Passionisque, nec non Sacrificii, Sacramentique Altaris, & insuper ejus pretiosissimæ Parentis Mariæ Virginis, Amator, Zelator, ita etiam est peculiaris ejusdem Zeli, & Amoris, in Hominibus incensor, propagator, amatorque. Et quod in id studium ardentius, excellentiusque ferri videt, hos etiam tanquam sibi magis similes, sui que Seraphici amoris æmulos, & participes, plus diligit, & fovet, amplioribusque talis amoris ignibus incendit, & societate suâ Seraphicâ, dignos inventos recipit: eorum tam in Vitâ, quàm in Beatitudine specialem, ac veluti propriam curam gerit.

3. Ex his, similibusque Sancti Michaelis prærogativis consideratis, fac, ut in te peculiaris, insignis, assiduusque, amor, & honor, erga Sanctum hunc Principem enascatur, robusteque, & præctice in te vivat, ac roboretur: peculiaribus eum in te fovens, & augens exercitiis internis, & externis, orationibus, mortificationibus, venerationibus, obsequiis, affectibus. Ac imprimis zelo divinæ gloriæ: amore Dei Hominis, ejusdem Matris, cultu Sanctissimi Sacrificii atque Sacramenti Altaris, zelo etiam salutis Animarum, tam hîc, quàm in Purgatorio degentium; denique tenero, & ardenti affectu erga omnes Angelorum Sanctorum Ordines, personasque, ac specialiter in ipsummet S. Michaellem.

PRAXIS.

P R A X I S.

DEUS, qui gloriosissimum Michaelē, omnium Angelicarum Creaturarum Principem, & in Gratiā & in Gloriā, & in Triumphante juxtā ac Militante tuā Ecclesiā fecisti: & eum nobis specialem Parentem, Præsidentem, Imperatoremque contra omnes Visibiles, & Invisibiles inimicos, pro hac, & alterā vitā donasti: commenda me obsecro huic tuo Amatori, Honorisque tui, & Incarnati Verbi, primo, & maximo Zelatori, in peculiarem, paternamque curam: & infunde mihi, quā maximum illius amandi, & honorandi, invocandi, & imitandi, laudandique studium: ut ejus patrocinio adjutus, in Amore Tui Seraphico, zeloque gloriae tuae, ardenti, ac incessabili ardescens, dignus inveniar, à quo in numerum Clientum ejus, Seraphicorumque Sociorum ceterum annumerer. O Michael, Princeps gloriosissime, accende me tuo Ignito ac Seraphico amore, & cultu Dei: atque Incarnati Verbi Jesu Christi, tum etiam ejus Matris Pretiosissimæ, Sanctissimi quoque Sacrificii, & Sacramenti Altaris, necnon Passionis, Crucis, & Mortis Domini. Accende me etiam efficaciter, & vero zelo gloriae Divinae, salutis quoque Animarum, tam hic, quā in Purgatorio degentium. Accende quoque me vivo, & inflammato, ac perseveranti amore, honoreque tui, & curam me gerere, tam in omni istā vitā meā, quā in omnibus viis, officiis, studiisque meis, quā denique in articulo mortis meae.

DRUZB.
SICKI
r: ascal
II
V
7

ENCOMIA

Sancti Michaelis Angelorum omnium Principis.

Sanctus Michael. Quis ut Deus? Amator Æternæ Sapientiæ. Zelator Honoris Verbi Incarnati. Propugnator. Dignitatis Divinæ. Professor humilitatis Creaturæ ad Deum. Primus Divinæ Voluntatis Minister, & Executor. Professus subjectionis ad Dominium Dei. Exemplar Angelorum Sanctorum. Antilucifer, & asseclorum ejus. Dux Divinarum Legionum. Fidelitatis Deo debitæ Magister. Primus Bellator, & Victor bellorum Domini. Pacificator Cæli. Glorificator Dei. Triumphator primus inimicorum Dei. Caput Ecclesiæ Angelicæ. Primitiæ omnium Creaturarum Beatarum. Princeps de primis astantibus coram Throno Dei. Præses Ecclesiæ Dei ex hominibus in utroque Testamento. Rector Angelorum nos in hac vitâ custodientium. Interfecto Antichristi. Vexillifer Crucis JESU Christi Redemptoris nostri. Agonizantium Adjutor & Consolator. Susceptor Animarum Corporibus solutarum. Discretor Meritorum nostrorum in Judicio Dei. Administrator Purgatorii. Observator abyssi infernalis cum damnatis. Benedictorum à Deo Patre in Beatitudinis regnum introductor. Societatis Seraphicæ primus Socius, atque Fundator. Angelorum qui servaverunt suum Principatum instructor. Eorum qui non servaverunt eundem, in tartara fulminator. Primus viæ salutis decursor, & Bravii glorificatus possessor.

Oratio

G:
ope
To.
N
5.

PRin
mi
pro no
defend
peream
O M
nator
no Ser
dem JE
a Pret
um Sa
amma
utisque
atorio
persever
nei ger
us acti
que arti
ton

Oratio ad Sanctum Michaellem.

Prin-
or Æ-
rbi In-
Pro-
Primus
. Pro-
emplar
ffecta-
Fideli-
or, &
. Glo-
corum
omni-
primis
ecclēsiæ
. Re-
tium.
JESU
m Ad-
Cor-
m no-
urga-
mna-
udinis
e pri-
m qui
Eo
artara
z Bra-
Oratio

Princeps Gloriosissime, Michael Archangele, esto memor nostri, hic, & ubique, semper, precare pro nobis Filium DEI. Sancte Michael Archangele, defende nos in omni cum Dæmone prælio: Ut non pereamus in tremendo Christi iudicio.

O Michael, Archangelorum gloriosissime, & Amator Æternæ Sapientiæ ignitissime: accende me tuo Seraphico amore, & zelo erga DEUM Hominem JESUM Christum, Redemptorem nostrum: erga Pretiosissimam ejus Parentem: erga Sacrosanctum Sacrificium, atque Sacramentum Altaris. Inflammam me zelo vero, & efficaci Divinæ gloriæ, sanctisque hominum, tam in hac vita, quam in Purgatorio existentium. Imbue, & imple me vivo, & perseverante Amore, honoreque tuo: & curam mei gere, tam in præsentis vitæ decursu, ac in omnibus actionibus meis, quam in extremo agone, atque articulo mortis meæ, quam denique in decretorio iudicio omnium hujus vitæ operum,

& meritorum meorum:

Amen.



DRUR.
SICKI
r: 4300
II
V
7